

Auditus, de elect. maxime propter intentionem recipientis, cap. *Quidam de convers. coniug.* & propter communem opinionem. *S. Trias, 3. qu. 7.* ac deinde subdit: Propter hanc duo ultima dico illis, qui obligari intendebat, contrahendo peccare; nec hoc tractat glossa, sed dicit quod contractum tenet, quod etiam tenet Damascen. a Jo. Andr. allegatus. Et hanc opinionem Joan. Andr. quod professus in religione, quam credebat approbatam, contrahendo matrimonium peccet, sed contractum tenet, sequuntur in eod. c. *un. Petr. de Anchar. & Gemin.* Itaque secundum horum opinionem patet ex professione huiusmodi ortam esse aliquam obligationem, hac autem obligatio alia esse non potest, quam vel ad obligationem in genere, quae secundum posteriorem sententiam non dirimit matrimonium postea contractum, licet impediat contrahendum: vel certe obligatio, quae proficitur ex simplici voto, secundum Praepos. in c. *Rursus, in fin. Quis cler. vel vovet*, ut inferius dicitur. Et quamvis, ut subdit Praepositus *num. 20. gloss. in d. c. un. sentiat dicta professionem nec valeat ut votum simplex; ideoque taliter professum posse contrahere, & ibi hoc placeat Archid. & Jo. Andr. verè tamen glossa dicit tenere matrimonium postea contractum, sed non dicit licere contrahere; & secundum Archid. & Jo. Andr. sic professus intendens peccat, & ipsemet Praepositus idem fatetur paulo inferius dicens esse peccatum mortale.*

49 In simili questione de eo, qui proficitur aliquam ex regulis approbatus, puta S. Guil. in manibus, ut aiunt Truffatorum, seu Barratorum. *Spec. in tit. de stat. Monach. n. 45.* sic ait: (Pone, Quidam fingentes se esse de ordine S. Guil. sed duxerunt quendam juvenem credentem illos esse de ordine illo, & recepit habitum illius ordinis, & promittit se illam regulam perpetuo servaturum, postea novit illos Truffatores esse, an iste sit ad observantiam illius religionis compellendus? Jo. de Deo in suis questionibus dicit quod fuisse voluit absolute vitam mutare, & in Ordine S. Guil. vivere, si ibi, si alibi, ubicumque talis ordo vigeret, sanè cogendus est. *Dilectissimus, 12. q. 1.* Si verò intendebat se Deo obligare in illo loco tantum, & cum illis, non tenetur alibi, ut c. *Eximianensis, de nou. opera nunciat.* Eandem distinctionem de eo, qui emisit professionem infra annum probationis in Ordinibus Mendicantium, qui ex c. *Non solum, infra eod. lib. 6.* erant obligati ad religionem in genere, sequitur Lap. Abb. in c. *Constitutionem, eod. tit. lib. 7.* his verbis: (Potest dici quod sit tempore emissi voti, vel factae professionis expressis vovens, vel proficitur de certis loco, & ordine, stabitur expressioni si probetur, ita quod si ibi esse non poterit non erit nec in specie, nec in genere Ordini obligatus, & contrahere matrimonium poterit, & contractum tenebit, si autem aliud non expressit, vel si expressit non probatur, stabitur dicto suo in foro animae, non autem in foro contentioso, nisi forte hoc iuvaret delato iuramento, & aliter probari non posset; unde tunc nec contrahere poterit, & si contraxerit, non tenebit.) Lap. sequitur simpliciter ibi Anch. & dicit mente tenebimus, *subn. 1. vers. Quartus not.*

50 Verum hanc distinctionem quoad primum membrum, videlicet quod si profusus intendebat se generaliter obligare, remaneat obligatus reli-

gionem in genere, ita ut matrimonium contrahere non possit reprobatur Jo. de Imol. quia cum non addit recipientis, qui habeat mandatum incorporandi, non potest quis esse professus, & sequitur Praepositus in d. c. *Rursus, n. 21.* qui tamen dicit istum alitringi voto simplici, & posse compelli ad ingrediendum, nec posse contrahere matrimonium sine mortali peccato.

52 Quo verò ad secundum membrum, quod professus in certo loco, & ordine, si ibi esse non possit, non remaneat obligatus religioni in genere, latè eandem distinctionem reprobatur Franc. in d. c. *Constitutionem, num. 4.* ubi pluribus ostendit non esse faciendam differentiam an quando quis proficitur expressè intendat se obligare illi religioni in specie, vel in genere, sed indistinctè remanere eum obligatum religioni in genere si illi in specie non potuerit obligari: & inducit textum in d. c. *Non solum*, ubi quis emisit professionem infra annum in Ordine Praedicatorum, vel Minorum, & sic intendebat se obligare illi Ordini in specie, ponderando verba illa, Ad professionem vestri Ordinis, & tamen quia professio illa nulla fuit, remanet obligatus religioni in genere, secundum gl. & Archid. ibi, & ita dicit de hoc esse casum ibi Praepos. in d. c. *Rursus, sub. n. 10. Quis cler. vel vovet.* (Si autem, inquit, non valet professio respectu illius religionis certa, quam intendebat proficere; tamen professio in genere sustinetur, quia remanet obligatus ad intrandum unam ex religionibus approbatis, puta in eo, qui Ordinem Minorum ingreditur, & ante annum probationis proficitur illam regulam cum solemnibus professionibus; professio ista non valet quoad hoc ut ille sit obligatus Ordini Minorum; sed bene valet quoad hoc ut cogatur aliam religionem ex approbatis ingredi, c. *Non solum, eod. tit. lib. 6.* ubi est casus.) Hæc ille.

53 Ratio est, quia in materia voti locus est illi regulae, si non valet quod ago ut ago, valet saltem ut valeat potest, ut probat text. in c. *Quidam, de convers. coniug.* ubi maritus, qui invita uxore fecit professionem, & ei postea fuit restitutus, non cogitur ea mortua redire ad monasterium, quia hac in parte votum non tenet cum non esset in eius potestate debitum non reddere, sed tamen non debet matrimonium contrahere, quia per dictum votum promissit etiam debitum non exigere, quod erat in eius potestate; & quoad hoc votum tenet, atque ita ex illo textu hanc regulam deducit Abbas n. 3. vers. *Item nota.* Ergo simili modo qui proficitur in religione approbata, licet quoad illam religionem votum non tenet, quia non est in eius potestate; tenet tamen quoad obligationem ad religionem in genere, quod ab eius potestate dependet.

54 Qua etiam ratione qui fingit se fecerim, & proficitur in monasterio Monialium, obstrictus remanet religioni in genere, c. *Quod interrogasti, 27. dist. per quem text. ita concludit Bart. Brix. in sua q. Dominical. 81.* incipien. *Incipien.* quem sequitur Abb. in c. *Tuarum nam. 7. de privileg.*

55 Et tenendo hanc opinionem, quæ de iure veteri videtur, non obstat dictum Jo. de Imol. da quo supra *num. 51.* quod non possit quis obligari religioni in genere ob defectum recipientis: nam respondetur quicquid contra sententiam Abb. & Sylvest. supra citati *num. 19.* id non esse necessa-

riam

riam in religione in genere, ut docet Innoc. in cap. *Porrellum, num. 6. vers.* Et idem supra eod. & Franc. post Lapum, & Geminianum in d. c. *Constitutionem.* Et est communis opinio teste Praeposito, in d. c. *Rursus, num. 10. vers.* *Ita dicitur istud votum istud votum proximo modo.* Ratio est, quam reddit Gemin. in d. c. *Non solum, in fine,* quia cum inducitur obligatio ad religionem in specie monasterium obligatur proficenti ad alimenta, & ideo oportet talem obligationem contrahi per habentem potestatem, secus autem in obligatione ad religionem in genere, quæ cum nullam contineat obligationem respectu certi monasterii, satis est ut illa sic inducta recipiatur per habentem potestatem quando professus ingreditur religionem in specie. Et similia exempla quod professio emissæ sine auctoritate recipientis obliget ad religionem in genere, habentur ex Speculat. *de stat. Monach. n. 24. qu. 19. vers. Sed prius,* Praepos. in d. c. c. *Rursus, num. 20. vers.* *Aut Monachus nullum habet,* & Abb. in d. c. *Porrellum, num. 10. vers.* *Vacatur tamen.* Alioquin sequeretur, ut ad inducendam huiusmodi obligationem ad religionem in genere necessarius esset consensus religionum totius orbis, quod non tamen esset absurdum, quam impossibile.

56 Rursus non obstat quod actus agentium non debeant operari ultra eorum intentionem; si quidem non est præter intentionem proficentis ut voluerit vitam mutare, ac Deo per professionem obligari; & quia hoc perficere non potest in ea religione, quæ a Sede Apostolica non est approbata, consentaneum est ut in aliqua alia id perficiat, & reddat Domino vota sua cum in hac materia spirituali si non valet quod ago ut ago, valet ut valeat potest, ut dictum est supra. 53. Alioquin si diceremus consensum prælitum in aliqua religione non esse attendendum ad alias religiones, de quibus professus non cogitavit, sequeretur ut nunquam daretur casus, quo quis obligaretur ad religionem in genere, nam qui proficere vult, in religione S. Francisci, utique non intendit se obligare religioni S. Domini, & tamen iura eliciunt obligationem ad religionem in genere ubi professio ex aliquo capite est nulla, & obligant professum ad ingrediendum aliquam ex religionibus approbatis, quod clarè etiam patet exemplo viri, qui simulans se fecerim, professus est in monasterio Monialium; is enim propter votum solenne cogitur ingredi aliam religionem, de qua tamen non cogitavit, ut per Butr. Abb. & Gemin. Superius relatus.

56 Superest ut videamus an obligatio huiusmodi sublata fuerit a Concilio Tridentino.

Ratio dubitandi oritur ex Decreto c. 15. sess. 25. de Reg. ubi Nullamque inducat obligationem ad aliquam regulam, vel religionem, vel ordinis observationem, aut ad alios quoscumque effectus; quibus verbis sublata esse obligationem in genere, & correptam esse iura antiqua in c. *Non solum*, & c. *Constitutionem de Regular. lib. 6.* jam pridem censuit S. Congregatio eisdem Concilij interpretis, sicut & superius dictum est n. 42.

Pro parte negativa scit, quia decretum Concilij, & declaratio desuper emanata videntur hanc locum duntaxat in illis duobus casibus, in quibus loquuntur, videlicet cum professio est nulla ob defectum ætatis, vel ob defectum anni proba-

tionis: cum enim Concilium corrigat jus commune in præallegatis iuris, non videtur extendendum ad professionem irritam ex alio capite, videlicet ex eo quod emissæ fuerit in religione non approbata: expedit namque iura iurisbus concordare, cap. *Cum expediat, de elect. lib. 6.* & quod non mutatur stare non prohibetur, l. *Sanctimus, C. de restam. & l. Præcipimus, in fin. C. de approbat.* Igitur regularis & antiquo juri stabimus nisi in quantum reperimus recessum, ut in hac materia anni probationis dixit glossa in d. c. *Constitutionem, in ver. Præcipimus, infra eod. lib. 6.* Ob quæ rationem similiter resolutum fuit decretum d. c. 15. nihil disposuisse de voto, cum illic de voto nulla fiat mentio. Et quamvis iura præallegata in c. *Non solum*, & cap. *Constitutionem*, sint correctæ à Concilio in casu professionis emissæ infra annum; non tamen sunt correctæ in sui generalitate, quam ex professione nulliter facta in certo ordine orta sit obligatio ad religionem in genere. Neque enim illa iura fundant in illa specie nullitatis, sed in nullitate simpliciter, & absolute; ideoque Doctores quoad obligationem in genere interpretantur illos canones habere locum, siue professio nulla sit ex defectu novitatis, siue ex quovis alio capite, præterquam ob defectum consensu, ut patet ex Speculat. & aliis supracitatis n. 49. Unde si hac in religione non approbata, videtur ex ea oriri obligatio ad religionem in genere, quemadmodum ante Concilium oriebatur in terminis d. c. *Non solum*, & d. c. *Constitutionem.*

58 In contrarium facit, quia dum Concilium in d. cap. 15. ad validitatem professionis requirit ut novitatis post susceptum habitum stet per annum in probatione hoc videtur intelligendum de susceptione habitus, & de anno probationis in religione per Sedem Apostolicam approbata, cum dispositio Concilij intelligi debeat de actu valido, ut in his terè terminis declarat Lapus allegat. 46. incipien. *Factum ita se habet, num. 5. vers.* *in contrarium*, ubi resolvit quod dicitur in d. c. *Non solum*, ut professio infra annum emissæ in Ordine Mendicantium obliget religioni in genere, debere intelligi de professione aliam legitime facta; susceptio autem habitus probationis in ordine per Sedem Apostolicam non approbato est ipso iure nulla, ut c. *un. de religios. dom. lib. 6.* Unde hoc casu novitatis non potest dici stetit per annum in probatione post susceptum habitum, pro ut requirit Concilium ad hoc ut professio sit valida; ideoque cum professio huiusmodi sit irrita, etiam ex defectu receptionis ad habitum, & probationis, scilicet valide; consequens est, ut ex Concilio Tridentino nullam pariat obligationem etiam ad religionem in genere. Quod satis placet

DE REGVLARIBVS.

Cap. Ex parte.

S V M M A R I V M.

P rofessus tacite censetur presumptione irriti, & de iure qui ultra annum postea habitum monachalem in monasterio, ubi sans habitus in distincti, & n. 5.

- 2 Habitum novitiorum distinctum ab habitu professionum quoniam tempore quo gestet, nunquam censetur tacite professus.
- 3 Habitum regularis non duplex.
- 4 Professio tacite an censetur qui ante annum decimum quartum professionem expressam emisit in religione Hierosolymitana, & postea in ea stetit per plures annos ignorans de iure professionem fuisse nullam, & n. seq. usq. in fin.
- 5 Professio emissã ante decimum sextum annum censetur tacite ratificata ex perseverantia annuali cum habitus delatione post etatem legitimam.
- 6 Non obstantes ignorantia nullitatis professionis sive ignorantia sit facti sive iuris.
- 7 Ignorantia facti, & iuris in quibus differant.
- 8 Ignorantia iuris nullitatis professionis expressa an profiti militibus, mulieribus, & minoribus quoniam censetur tacite professi ex perseverantia annuali in religione.
- 9 Militem arma magis, quam leges scire decet.
- 10 Ignorantia iuris professi militibus minoribus, rusticis, ac mulieribus quando agitur de excusando eoi à pœna, vel de damno vitando, alias secus.
- 11 Minor, seu mulier ad religionem seducti non refert annus, quia non dicuntur lesi.
- 12 Ignorantia iuris exceptio ad excludendum consensum in matrimonio, professione, & sacris Ordinibus non admittitur.
- 13 Veritas in spiritualibus præferat opinioni.
- 14 Ignorantia facti ex quo oritur nullitas professionis expressa non impedit quominus inducatur tacita professio ex perseverantia annuali cum delatione habitus indistincti.
- 15 Reclamatio qualis requiritur ad impediendam tacitam professionem.
- 16 Professus nulliter quo tempore debeat reclamare ad hoc ut non censetur tacite profiteri.
- 17 Professio formalis requiritur ad impediendam tacitam professionem, quæ oritur ex delatione annuali habitus indistincti.
Professio non valet in his, quæ pendet consecutive, à dispositione iuris.
- 19 Professum relinquendi religionem ex quibus verbis eliciatur.
Professione tacitam non impediunt verba ex passione animi prolata, ibidem.
- 20 Professio actus eliditur per subsequentes actus contrarios.
- 21 Professio præcedens ita denum imposita validitatem matrimonij subsequenti, si fiat immediate ante matrimonium, & sic fit ex intervallo.
- 22 Et quid in professione.
- 23 Professio an impediatur validitatem matrimonij tam carnalis, quam spiritualis, si pars professionis non consentiat, & n. seq. usque in fin.
Professio in his, quæ pendet à potestate protestantis, valet, & actio virtutis, ibidem.
- 24 Secus in his, quæ pendet à consensu duorum, quia professio non valet absque consensu alterius partis.
- 25 Professio in matrimonio tam carnali, quam spirituali an requiratur consensus expressum alterius partis, & n. seq.
- 26 Professio est contractus ultro citroque obligatorius.

EX PARTE. Qui ultra annum portat habitum monachalem in monasterio ubi sunt habitus indistincti, tacite dicitur esse professus, & compellitur expresse profiteri hoc dicit. Communis divisio. Secunda sibi, ideoque.

Nota ex hac Decretali, per delationem ultra annum in monasterio habitus indistincti, id est tam à Novitiis, quam à Professis promiscue gestari soliti, induci tacitam professionem, & quidem præsumptione juris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, nisi ante expletum annum probationis præcellerit protestatio, gl. hic in ver. Per annum, Host. num. 9. Joan. Andr. num. 7. Cardin. num. 4. Butr. num. 7. & alij communiter. & probatur in Clem. Bos. de Regulari. & in c. ubi hoc tenent Jo. Monach. in ver. Presumptio, Prob. in additione, Gemin. & Anchar. infra eod. lib. 6.

2 Dixi per delationem habitus indistincti, quia si habitus novitiorum esset distinctus ab habitu professionum, quoniam tempore habitum novitiorum quis gestaret, nunquam censetur tacite professus, nec cogetur illam regulam expresse profiteri, ut docent hic Innoc. in princ. Jo. Andr. n. 3. & Cardin. num. 3. in 2. apposte. & Abb. Antiqu. in cap. Consulti 5. eod. ubi dicit se vidisse litteram absolutoriam datam super hoc cuidam Monacho, qui serè per viginti annos haterat in habitu probationis, cuius dictum referunt hic Jo. Andr. ad fin. Cardin. num. 4. & Abb. Siculus num. 3. & gloss. 2. in fin. in d. Clem. Bos. eod. tit. hoc casu nec oritur obligatio ad religionem Innoc. & Jo. Andr. De triplici autem habitu regularium videlicet distincto, indistincto, & indistinctissimo, & quando ex ejus gestatione ultra annum quis dicatur tacite professus vide hic per Abb. eod. num. 3. ubi distinguit omnes casus complectitur, & in d. Clem. Bos. de Regulari. ubi materiam explicat per conclusiones.

4 QUÆRO, Post Concilij Tridentini promulgationem Decius habitum per Equites S. Jo. Hierosolymitani, qui apud eisdem indistinctus existit, suscepit, & antequam ad ætatis suæ annum decimum quartum pervenisset, expressam professionem per eisdem emitti solita emisit. Et quamvis satis citò illum penituisse emissæ professionis; tamen putans tanquam juris ignarus se obligatam in eadem per multos annos perseveravit habitum prædictum continuè gestando, & actibus professionum se immiscendo. Certum tamen est, dum annum suæ ætatis decimum sextum ageret, saepe alijs religiosis dixisse hæc, vel similia verba: Se non habuisset factam professionem in questu, nisi non la faceret per vitam. Tam enim mensibus præteritis intelligens à quodam jurisperito suam professionem non valere, & cepit intendere declarationem nullitatis eiusdem. Suppositis igitur prædictis, ac professionem emissam etiam in dicto Ordine S. Jo. Hierosolymitani ante decimum sextum ætatis annum completum esse nullam ad quemcumque effectum ex Tridentini Concilij decreto in cap. 15. sess. 25. de Regulari. An Decius sit censendus tacite professus nec ne.

Citra controversiam est professionem expressam hoc casu fuisse irritam tam ex dispositione juris communis, quia emissã ante annum demum quartum consummatam, cap. Ad nosram, ubi gl. in ver.

in ver. Consummatum, & c. Significatum, supra eod. quam ex Concilio Tridentino, quia ante annum 16. expletum, ut in d. cap. 15. sess. 25. de regulari. Certum est similiter professionem expresse emissam ante legitimam ætatem censeri tacite ratificatam si professus de iure communi post annum 14. & ex Concilio post annum 16. per annum in regnum detulerit habitum indistinctum: tex. est ad litteram in c. 1. in princ. de regular. lib. 6. quam tacitam professionem ex sententia S. Congregationis Concilium non sustulit. Et hæc est præsumptio juris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, ut notat ibi Jo. Monach. n. 3. quem in hoc communiter DD. sequuntur & gloss. hic in ver. Per annum, quæ similiter à Doctoribus approbatur, ut dixi supra num. 1.

6 Quæ cum ita sint, in hac facti specie de duobus dubitari potest. Primum est, An dispositio dicti c. 1. vendicit sibi locum hoc casu, in quo Decius, ut proponitur, ignoravit suam professionem expressam de iure fuisse nullam. Secundum est, An itidem ille tex. habeat locum non obstantibus verbis à Decio prælati prout in themate. Quoad primum in c. significatum, sup. eod. plene examinavi articulum. An qui ignorat se emisisse professionem expressam ante ætatem legitimam, & credens suam professionem esse validam, postea perseverat per annum integrum in Religione deferendo habitum indistinctum, censetur tacite professus, necne: & pluribus ostendi, etiam ex sententia S. Congreg. Concilij, censeri tacite professum. Ergo longè magis idem videtur respondendum in casu præsentis. Quandoquidem jura, & fundamenta omnia, quibus constat tacitam professionem induci, non obstantes ignorantia facti, unde oritur nullitas professionis expressæ, fortius concludant in ignorantia juris: nam inter has duas ignorantie species regulæ constitutum oppositæ, hoc est ignorantia facti præsumitur, nisi probetur scientia, l. Verius, de probat. l. Si fideiussores, & ibi Bartol. ff. ad Velleian. l. fin. ff. Pro suo, c. Proposisti, 82. dist. in fin. c. Si verò, il se comdo, de sent. excomm. & c. Presumitur ignorantia, de regul. iur. lib. 6. quem textum loqui de hac specie ignorantie communiter sibi affirmant DD. Rursus facti ignorantia excusatur, c. Ignorantia facti, de regul. iur. in c. 1. Esti consensu, §. 1. ff. de contrah. empr. l. 1. ac serè per tot. ff. de iur. & facti ignor. Sæpe enim & peritissimos fallit l. 2. ff. eod. Specul. in tit. de Advocato, §. Nunc tractemus, num. 2. At per contrarium juris ignorantia non præsumitur nisi probetur, Bart. in l. Non statetur, col. ult. ff. de confess. latè Anton. Gabriel lib. 6. tit. de reg. iur. conclus. 7. Ignorantia non præsumitur. Item juris ignorantia non excusatur. l. q. 1. §. ult. ante fin. c. Presbyterum, 28. dist. c. Ignorantia de reg. iur. in c. d. l. 1. & l. Iuris ignorantiam, cum seqq. ff. eod. Ignorare enim jus nemini licet, l. Leges, c. de legib. Specul. in tit. de except. & repit. §. 2. Sed quis sit velis; ideoque ignorantia dicitur causa iniusta, in l. Liberosum, ff. de his qui notant. infam. Quamobrem si ignorantiam facti, ex quo oritur nullitas professionis expressæ, non prodest ad exclusionem tacite professionis, ut latissime probatum est in d. c. Significatum, supra eod. Ergo multò minus prodesse debet ignorantia juris. Et idcirco Auctores, qui censent ignorantem factum, ex quo resultat

invaliditas professionis expressæ nunquam censeri tacite professum, quia perseverat in religione tanquam professus, non tanquam professus, & ex precedenti consensu erroneo, inter quos Nauar. in plurib. ejus Consiliis in tit. de reg. relatis in d. c. Significatum, tamen contrarium scripserunt in eo, qui allegat juris ignorantiam, ut per eundem Nauar. conf. 20. num. 2. & conf. 45. n. 3. & Sanch. de matrim. lib. 7. de imped. disp. 37. q. 3. nu. 25. Atque ita Auctores, qui in contrarium adduci possunt, quia loquuntur cū expressè professus perseverat in religione, ignorans se professionem fecisse ante ætatem legitimam & sic in terminis ignorantie facti non sunt extendendi ad casum quando quis scit quid se emisisse professionem ante ætatem, sed tamen ignorat jus disponere eo casu professionem esse nullam, quæ est juris ignorantia. Nam ut dicitur in l. 2. ff. de iur. & facti ignor. in omni parte error in iure non eodem loco, quo facti ignorantia haberi debet. Sed obijcies, hoc casu esse constituendam differentiam inter juris, & facti ignorantiam, quia verlanur in equite armata militiæ, in quo admitti potest ignorantia juris, l. Regula, ff. de iura & facti ignor. Nam militem arma magis quàm leges scire decet l. 1. post princ. c. de iur. delicti. ideoque Sanch. de Matrim. lib. 7. de imped. disp. 37. quest. 3. nu. 25. quamvis dixerit tacitam professionem nõ impediri ex eo, quod quis ignoret suam professionem expressam de iure fuisse nullam: tamen postea limitat hoc non procedere in militibus, minoribus, rusticis, & mulieribus, in quibus ignorantia juris dicitur probabilis, & æquiparatur ignorantie facti. Præsertim verò quia hoc casu miles videtur agere de damno vitando, ne perpetuò alligetur monachali servituti, quæ, ut habetur in c. Presens, 7. q. 1. nisi deligatur, non bonos successus habet, ut dicitur in c. 1. §. 4. dist. corporali servitute districtior est. Unde quamvis non agatur de delicto, sed de contractu, qualis est professio, c. Porrectum, & c. Ad Apostolicam, supra eodem admitti debet juris ignorantia, c. Turbatur, §. Notandum, l. quest. 4. Et eo magis, quia Decio nulla culpa imputari potest. Unde quoad validitatem suæ professionis peritos non consuluerit; cum tradendo se in manibus Superiorum dicte religionis, supponere posset omnia necessaria observata fuisse, arg. c. Quod culpatur, 23. q. 1. & patet ex traditis per Anton. de Butr. conf. 18. in quest. in fin. vers. Aut enim erravit.

10 At respondetur jura quæ dicunt militibus, minoribus, & aliis hujusmodi prodesse juris ignorantiam juxta l. 1. c. de iur. & facti ignor. cum aliis supra alleg. admittere duas declarationes. Una est ut procedant solum quando agitur de excusando illos à pœna, l. Quis adulterium cum incestu, §. 1. ff. de Adult. & l. Qui supra, c. de incestu, nupt. gl. in c. Esti necesse, de donat. inter vir & uxor. Rom. conf. 505. in princ. nu. 2. Altera est ut procedant quando agitur de damno vitando, alias secus, Feder. de Sen. conf. 102. num. 3. vers. Cum queritur, Bald. conf. 163. num. 4. lib. 1. At neutra ex his declarationibus applicatur casui nostro, in quo non agitur de excusando militem à pœna, nec ipse tractat de damno vitando, cum ex professione nullum ei damnum inferatur, imò maximum bonum, ut inquit Pet. Ledesma de matrim. q. 53. art. 1. in responsione ad secundam. Et quamvis servitium mo-

nachalis dicitur districtior corporali servitute; tamen Religiosus servit ei, cui servire regnare est. ut Gemin. ait in c. 1. num. 7. vers. *Quero an ingrediens de regul. lib. 6.* post Jo. Andr. quem citat in c. *Cum virum*, ubi etiam Abb. num. 6. supra eod. ita ut propterea minor, seu mulier ad religionem seducti non restituantur, quia non dicuntur lesi, tex. in c. *Constitut.* 20. *quasi. 3.* atque illic notant gloss. & DD. & in c. *Cum dilecta*, quod met. cau. Specul. in tit. de restit. in integr. in 2. par. §. *Qualiter*, num. 6. vers. *Sed numquid minor.* Archid. & Gemin. in d. c. 1. de regul. in c. Jo. Andr. Abb. & DD. in d. cap. *Cum virum* Respondetur secundo contra professionem tacitam quae inducitur ex delatione annali habitus communis, non solum non admitti probationem per juris ignorantiam, quae regulariter non admittitur, ut d. l. 1. *Cum concord.* Sed nec per alias species probationum, quae regulariter sunt permixtae cum hac praesumptio, ut superius dictum est, n. 1. sit juris, & de iure, quae nullam admittit probationem in 2. c. *Et re vera* maxime absurdum esset, si in hac materia tam gravi matrimonii spiritualis admitteretur ab Ecclesia exceptio ignorantiae iuris; nam hoc praetextu liceret etiam contrahenti matrimonium, & aut sacros Ordines suscipienti allegare defectum consensus ob iuris ignorantiam, quod tamen abhorret sacri Canonis, c. *Presbyterum* 28. *dist. c. Ad id quod*, & c. *is qui fidem*, & utrobique notant Canonistae de sponsal. Abb. in sua *quasi. 2.* Incipien. *Stante statuto*, in 12. col. n. 14.

13 Quoniam in his spiritualibus veritas praefertur opinioni, gl. in cap. *unic. in verb. Approbat.* & ibi Archid. Jo. Andr. Anchar. Gemin. & Franc. de *vero lib. 6.* Respondetur denique objectionem praedictam hoc solum intendere, ut in milite id operetur ignorantia iuris, quod in aliis non privilegias operatur ignorantia facti: sed facti ignorantia in aliis non excludit tacitam professionem tum quia professus ante aetatem legitimum, licet ignorantia, semper praesumitur habuisse animam vitam mutandi, ut praeter alios quos retulit in c. *Significatum*, supra eodem docet Archid. in c. *Quod interrogasti*, n. 4. 27. *dist.* & in hac perseverantia, & duratione consensus post aetatem legitimum. Canones fundant praesumptionem tacite ratihabitionis professionis expressae; ut ex Abb. in c. *Consultus de convers. coniug.* & aliis dixi plenè in d. c. *Significatum*, supra eodem. Tum quia ignorantia nullitatis professionis expressae cum sit ignorantia eius rei, quam si professus scivisset, nihilominus in religione perseverasset; atque ita professioe à se prius factam ratà habuisset juxta terminos d. c. 1. de *Regul. in 6.* nullo modo efficit perseverantiam illam, ac tacitam ratihabitionem involuntariam, ut multis rationibus, auctoritatibus, & exemplis illic probavimus, quae hic transcribere non est opus. Ergo quatenus etiam hoc casu error juris, & facti pari passu ambularent: tamen prodesse non debet Decio Ignorantia iuris, sicut ceteris non prodest ignorantia facti.

15 Quoad secundum dubium, qui tuentur partes Decii obijciunt dispositionem d. c. 1. non habere locum hoc casu, in quo Decius saepe prorumpit in verba initio proposita ex doctrina Jo. Monach. *ibid.* post n. 3. in ver. *Per hoc*, ubi ait, praesumptionem illam, quod deferens habitum per annum

centetur tacite professus, tunc procedere, quando praedictos actus fecit abique eo quod antequam haberetur annus immediatus sequens annum praefixum ad profitendum, aliquam fecerit reclamationem. In casu autem praesenti nōdum annus immediatus sequens aetatem legitimam ad profitendum, qui post Concilium est annus 17. sed nec ipsemet annus 16. lapsus fuit abique aliqua reclamatione, cum Decius saepe dixerit *Se io non habuisset facta la professione in questa religione, per vita mai non la sarei*, ut in facto supponitur: dicit enim verba huiusmodi habere vim sufficientis reclamationis secundum Jo. Monach. *ubi supra* cum ex illis satis remanserit declaratus animus profertentis, Alex. *conf. 99. n. 10. lib. 3.* facit tex. in l. *fin. c. si maior. salus*, ibi post annum 17. nihil conquestus sit. Praesertim quia impossibile erat Decio, qui putabat se valde profitem, protestari, quod per actus subsequentes non intendebat se obligare religioni. Nec tollit obiectionem, quod doctrina Jo. Monachi procedat in eo, qui aliquam fecit reclamationem ante lapsum annum aetatis suae 17. de quo loquitur d. c. 2. de *regul. lib. 6.* non autem in Decio, qui illam fecit post annum 17. Quia respondetur in d. c. 1. non considerari annum 17. formaliter, & per se producta illa aetate, sed respective tanquam primum annum, qui succedit post annum 14. praesignatam in malculo aetatem habilem ad profitendum. Unde ideam Jo. Monach. *ibid.* Gemin. n. 7. notant quod dicitur ibi de anno 17. respectu masculi, verificari in 13. respectu feminae. Quare quod habetur ibi de anno 17. similiter hoc casu videtur verificari in anno 17. quia quemadmodum annus 15. de iure communi immediatus subsequitur annum praefixum ad profitendum, idem 14. ut in cap. *Ad nostram*, & c. *Significatum*, supra eod. ita post Concilium annus 17. immediatus subsequitur annum praefixum ad professionem, idem 16. ut in d. c. 1. *§. 28. de Regul. Concil. Trid.* idque satis indicat littera d. c. 1. dum considerat taciturnitatem totius primi anni immediatus sequentis post aetatem praefixam ad profitendum, & declarat Nauar. *conf. 75. per tot. de regul.*

17 Sed praedictis non obstantibus videtur respondendum verba à Decio prolata non ob stare quominus inducta fuerit tacita professio ad praescriptum d. c. 1. de *Regul. in 6.* nam et si Jo. Monach. dicit ex delatione habitus annali non induci tacitam professionem quando sic indutus aliquam fecit reclamationem, tamen cum non aperiat qualis debeat esse dicta reclamatione, videtur intelligenda de solemnii reclamatione, de qua DD. communiter loquuntur, hoc est de formali protestatione. Ita enim censet gl. in c. *Quod interrogasti in verb. Finxit*, 27. *dist.* & gloss. *hic in ver.* Per annum, quam sequuntur Joan. Andr. & alii communiter. Item gloss. in Clem. *For. huc tir.* & Hostien. *supra in c. 2.* & c. *Ad apostolicam* Franch. alios referens in d. c. 1. post num. 3. in gloss. *Videtur*. Prob. *ibidem* num. 7. Ripa in c. *Cum M. num. 94. de Const.* & satis probatur in c. *Cum virum*, ibi: *Cum eam non constet evidenter contradixisse, & in c. Consultus* ibi: *Propositum suum in principio protestetur*, supra eod. Quod adeo verum est, ut non desinat graves Auctores qui sentiant nec foremlem quidem protestationem tanquam contrariam facto sufficere ad impediendam tacitam professionem à iure

à iure inductam; & cuius sententia sunt Laud. & alii relati à Gemin. in d. c. 1. Nam protestatio non valet in his, quae pendunt consecrative à dispositione iuris, ut post Abb. pluribus probat Dec. in d. c. *Cum M. n. 67. de Const.* & vide quod scripsi post 19 Innoc. in c. 1. n. 14. *supra Quod met. cau.* Praesertim verò quia verba Decii superius relata nōdum formalem protestationem non important, sed ne simplicem quidem reclamationem. Considerandum est enim in religionibus saepe contingere, ut religiosi maxime indifferetis poenitentis, aut praecipit laceffiti, aut tædio strictioris vitae affecti, aut ob aliam eiusmodi causam in similibus verba prorumpant; quae potius indicant quamdam velleitatem, seu momentaneam animi indignationem, seu displicentiam, quam firmum propositum relinquendi religionem, & ad saeculum redeundi: arg. c. *Vulgaris*, §. *Cogitatio de poen. dist. 1. c. Si qui iratus*, 2. q. 3. cum aliis adductis per Jas. in l. *Si Filium eum n. 5. C. de inoff. testam.* Nam ut inquit Cardin. Cajetan. *com. 1. opuscul. tract. 4. quasi. 1.* velleitas non est idem actus cum voluntate deliberata, & similiter displicentia proportionalis velleitate non est idem actus cum displicentia proportionali voluntati deliberata. Quibus accedit quod etiam ab expressa protestatione, ac formali animi declaratione intelligitur recessum per posteriorem perseverantiam in Religione, & actus subsequentes, quibus ratihabitio inducitur, ut est text. in c. *Cum virum*, supra eodem, ibi: Praesertim si ratihabitioe secuta [est] eam quandoque contradixisse constiterit] quod ante gestum fuerat roboratur: intelligendo textum etiam de tacita ratihabitioe juxta gloss. in cap. *Significatum*, in ver. *Ratam*, supra eod. & in matrimonio carnali probat text. clarus in cap. *Ad id quod de sponsal.*

21 Et generaliter protestationem ita demum procedere si fiat immediatè ante actum contrarium, scilicet si ex intervallo in matrimonio carnali post Vincen. concludit Praepos. in cap. *Quod interrogasti*, num. 11. & §. 27. *dist.* licet secundum Vincen. quem hic recitat Joan. Andr. num. 3. Si quis intra annum probationis protestetur se nolle in Religione remanere, quamvis aliquo tempore post annum remanere, adhuc potest exire, c. *Pastoralis de offic. ordinar.* & si voluerit remanere, adhuc habebit annum, nisi cedat in hoc iuri suo. De quo Jo. Andr. remittit ad Specul. *de stat. Monach. in ultima quasi.*

23 Ac demum quamvis protestatio facta super dependentibus à potestate protestantis valeat, & actum vitiet, l. *Per servum*, §. *1. ff. de usu, & hab. Bart. in l. Quod aliena*, §. *Celsus de acquir. hered.* tamen secus est in iis, quae pendunt à consensu duorum, quia protestatio non valet abique consensu alterius partis, cap. *Camana*, & in cap. *Genesi de elec. l. fin. §. Item si praedixerit*, ff. *nav. caus. sta. Barr.* per illum textum in l. *Pro herede*, §. *Primum usum*, & vers. *ultimo ff. de acquir. hered.* & in l. *Non salum*, §. *Morte*, col. 5. de *nov. oper. nunc.* ubi rationem adducit, quia sicut propositum in mente retentum nihil operatur, l. *Si rependi*, c. de *cond. ob caus. ita haec protestatio facta eo ignorante, cum quo postea contrahitur, nihil debet operari in illius praedictum. Quam rationem reddit etiam Anchar. in cap. *Tua nos*, num. 8. de *sponsal.* & sequitur Dec. in d. cap. *Cum M. num. 64. de Const.* & propterea gloss. in d. cap. *Tua nos*, in ver. *Mulier*, quare, si*

aliquis protestatur coram pluribus, quod omnia quae dicit, vel faciet, non facietur, imo contrahendi matrimonium, & postea publice dicat, consentio in te, an sit matrimonium, necne; & resoluit esse matrimonium, & bene, secundum Jo. Andr. nam ex contrario daretur materia omnibus matrimonium contrahentibus sic protestantibus, ut postea diverterent à conjugibus, si displicerent. Quod etiam docuit Innoc. in cap. *Neniens*, il *secundo de sponsal.* & sequuntur in d. cap. *Tua nos*, Butr. n. 16. Anchar. d. nam. 8. Abb. num. 9. Alex. de Nava n. 15. Praepos. num. 2. in *fin.* Felin. in d. c. *Cum M. de Const.* num. 78. ubi etiam Ripa, num. 86. Covarr. in 4. *Decret.* 2. par. num. 3. Quam opinionem absolutè veram dicit Hostien. in d. c. *Tua nos*, quando protestatio fit sine iusto metu, vel alia causa, quae protestationem corroboret. Sed si sequatur copula, affirmatè indistinctè intelligi recessum à protestatione etiam facta ex iusta causa, & sequitur ibi Anchar. num. 8. subdens non oblatè text. in l. *Quin aliena*, §. *Celsus*, ff. *de acquir. hered.* ubi protestatio praecedens actui sequenti contraria facit praecise, ut subsequens actus non valeat. Quia ille text. procedit in aditione hereditatis, quae pendet ex potestate protestantis dumtaxat: at secus esse si protestatio pendeat ex voluntate duorum, quia non valet nisi in notescat parti, ut ibi per eum. Imò non sufficit, ut pars sciat, & non contradicat, sed requiritur ut expressè consentiat protestationi, idque tam in matrimonio, ne Sacramentum tantum sanctum illusionem, & levitate contrahentium traheatur, ut ait Covarr. *loco citato*. Sed etiam in aliis actibus secundum Bart. Alex. & alios communiter ibi relatos à Covarr.

25 At professio non pendet ex voluntate solius profertentis, sed etiam religionis recipientis, cum sit contractus ultro, citroque obligatorius, c. *Per rectum*, & cap. *Ad apostolicam*, & utrobique notant DD. supra eodem Gemin. & Franch. in c. *unic. de voto lib. 6.* Et ita in terminis tacite professionis tradit Butr. in c. 1. n. 15. in 4. *notab. supra*, *Quod met. cau.* ubi ait: Protestatio contra susceptionem veli de animo non profertendi non juvat protestantem non subsistente iusto metu, & sic protestatio totalem detrahens sensum facti in actibus non pendentibus à facto tantum protestantis non juvat protestantem, ubi protestationi non consentitis, cum quo vinculum principaliter initur. Ergo verba Decii, quatenus etiam importatè formalem protestationem, tamen cum non modo fuerint prolata non consentientibus Superioribus religionis, sed nec ipsis praesentibus, & nō contradicentibus, imò seorsum ab ipsis: nihil debent operari, & per subsequentes actus contrarios intelligitur ab illis recessum per praedicta: facit text. in c. *Sollicitudinem*, de *appell.* & in l. *Cum in plures*, §. *Locutor*, & ibi Bart. ff. *Locati*, secundum Anchar. & alios citatos in d. c. *Tua nos*. Sed contra hoc valde viget quod determinat Hostien. in c. *Ad apostolicam*, n. 5. supra eod. ubi quaerit quid sit ex parte Monasterii tantum fiat renunciatio, puta quia Novitius protestatur quod nō intendit se obligare religioni per lapsum temporis, sed Abbas, ac Monachi huc protestationi non consentiunt, quin potius renunciant huic iuri, & similibus; numquid valeat talis protestatio? Et arguit primò quod non valeat, absurdum enim esset ut ingrediens posset renunciare huic beneficio, & recipientis nō posset renunciare, quia nec li-

et a dōri quod non licet teo, vel è contra, ut notatur in cap. 2. §. Nos verò in princip. de mur. per. nec debet arbitrium claudicare, cap. fin. de arbit. Sed contrarium dicit esse verum, quia sicut ex causa tempus probationis arctari potest, ita & prorogari, ut notatur in cap. Statuimus, in fi. eod. saltem usque ad triennium, cap. Si quis incognitus, 17. q. 2. Et assignat rationem diversitatis inter Novitium, & monasterium, quia potius in tali casu pendet obligatio ex parte ingredientis, quam recipientium, cum & ipse ingrediens per se ad religionem servandam in genere possit se obligare etiam mans in propria domo, ut not. in d. c. Porrexitum, supra eod. Et quia gravius periculum imminet ingredientem, quam recipientem, ut patet in eo quod not. supra in cap. Ad nostram, §. Quocirca in princip. in ver. Solutio. Et ideo ei magis est providendum, c. Quiescantus, 43. distinction. l. 1. §. 3. ff. de Carbon. edit. ibi; Nam, vel magis consulendum est his, quibus majus periculum intenditur. Et ita testatur se vidisse observari in Fratre Raymundo de Medullione Ordinis Prædicatorum, & in Petro Bermundo de Andusia, qui & de dicto ordine post multos annos exivit, & deinde etiam uxorem duxit. Concludit ergo Hostiens. protestationem noviti quod per lapsum anni non intendat se obligare religioni, valere etiam Abbatis, & Conventus protestationi expresse contradicant. Et cum eo transeunt ibi Jo. Andr. & Anchar. uterque n. 6. & Card. n. 8. licet Codex Hostiensis sit mendosus, & mendosè etiam à prædictis referatur; legitur enim, Numquid valeat talis renunciatio? Et secundum hoc littera non habet sensum, & sibi contradicit. Unde legendum videtur ut dixi supra, Numquid valeat talis protestatio?

Porro quicquid fit in matrimonio carnali, & in aliis actibus, opinio Hostiensis in professione forte prævaleret in practica propter illius auctoritatem, & rationes: arbitror tamen requiri formalem protestationem, ac præterea ut protestatio saltem innotescat religioni per suprascripta, quorum utrumque deficit in casu præsentis.

DE REGVLARIBVS.

Cap. Statuimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Novitius infra annum probationis liberè redit ad seculum, nisi professionem fecerit, vel appareat eum vitam voluisse mutare. Et quid post Concil. Trident. n. 21. & 26.
- 2 Vestes professionis tempore debent benedici ut à novitiarum habitu distinguantur.
- 3 Dicitur liberè, quid importet.
- 4 Novitius recedens à monasterio absque licentia Abbatis non potest dici fugitivus.
- 5 Novitius quibus casibus prohibeatur de iure communi à monasterio exire.
- 6 Novitij qui dicantur.
- 7 Habitus religionis quotplex sit.
- 8 Habitus professorum habet votum professionis annexum, quod impedit matrimonium contrahendum, & dirimit post contractum.
- 9 Habitus probationis, vel professionis extra monasterium

sumptus non facit Monachum.

- 10 Habitus novitiarum aut patenter, aut latenter distinguatur ab habitu professorum, & num. 12. vers. Quod autem.
- 11 Benedictio habitus probationis facit ut sit censendus habitus professionis.
- 12 Habitus recipientis benedictum, vel aliàs latenter distinctum ab habitu novitiarum sciens qualitatem illam censetur tacite profiteri. Declaratur num. 4.
- 13 Adultus, qui per annum deserit habitum latenter distinctum ab habitu professorum, censetur tacite professus.
- 14 Beneficium ingredientis religionem an sit alteri conferendum infra annum probationis, & num. seqq. usq. ad num. 22.
- 15 Quid de iure communi. Et quid ex Concilio Tridentino, num. 18.
- 16 Renunciatio tacita inducitur si quis consentiat ut suum beneficium alteri conferatur.
- 17 Beneficium ingredientis religionem etiam eo consentiente, aut resignante alicui conferri non potest, nisi intra duos menses ante professionem, nec resignatio effectum sortitur nisi professio sequatur, & num. 22.
- 18 Resignatio beneficij facta à novitio in undecimo mense à susceptione habitus valida est, etiamsi professio ultra annum differatur.
- 19 Beneficium ingredientis religionem non vacat ante professionem, & ideo alteri conferri non potest, & num. seqq.
- 20 Professio tacita, quæ de iure communi inducebatur ex susceptione habitus professorum, vel aliàs infra annum probationis, sublata est à Concilio Tridentino, & num. 26.
- 21 Novitius ad seculum rediens an recuperet bona, quæ monasterio, vel alijs donavit, & num. seqq. usq. in finem.
- 22 Quid si fuerit protestatus quod monasterium intrabat annuo probandi regulam. Et quid si nullam fecerit protestationem, n. 25. Et quid si donaverit expressa causa propter professionem, num. 31. Et quid si nullam causam expresserit, n. 32. Et quid post Concilium Tridentinum numer. 34. & seqq.
- 23 Professio regularis est quedam mors quoad nundum.
- 24 Monasterium ingrediens sine protestatione, & disponens de bonis suis censetur absolute voluisse vitam mutare, & exire non potest.
- 25 Secus post Concilium Trident.
- 26 Professus ante annum probationis elapsam, & ad seculum rediens recuperat bona donata, quasi causa non sequatur. Declaratur num. 31. & 34.
- 27 Professorem nullatenus emississe, aut nulliter, paria sunt.
- 28 Donans bona sua in ingressu monasterij illa recuperat si exeat ante professionem.
- 29 Oblationi bonorum inest tacita conditio si ingrediens in religione perseveret.
- 30 Donans ex causa ingressus in monasterium si non intrat, recuperat bona donata non obstante instrumento.
- 31 Donatio facta monasterio in ipsa die ingressus, licet non sit nullatenus iure, tamen revocari debet si professio non teneat.

- 32 Donatio facta monasterio simpliciter, & absque ulla causa revocari non potest.
- 33 Donatio, seu renunciatio bonorum facta à novitio etiam cum iuramento post Concilium Trid. non valet nisi fiat cum licentia Episcopi, vel eius Vicary, & intra duos menses ante professionem.
- 34 Nec aliàs effectum sortitur nisi professione sequuta, & in hoc sublata sunt veteres Doctorum distinctiones.
- 35 Bona monasterio donata retineri non possunt novitio exente, aut decedente ante professionem.
- 36 Dos ante Trid. Conc. monasterio soluta post Conc. restitui debet, si puella ante professionem decesserit, de illius tamen impensis alimentorum.
- 37 Dos novitiae decedentis ante professionem debet hereditus restitui una cum fructibus, deducto tamen illius victu, & vestitu. Non obstante pacto, ut si puella post annum decesserit, facta, vel non facta professione, dos monasterio acquiratur, ibidem, vers. Quinimo.
- 38 Istituta non comprehenduntur in decreto Concilij Trid. de Renunciationibus novitiarum.
- 39 Donationes, seu renunciaciones factæ ante susceptum habitum probationis an comprehendantur in decreto Concilij Tridentini, cap. 16. l. c. 25. de Regular. & num. seqq. usq. ad num. 47.
- 40 Lex etiam exorbitans, & penalis extenditur ad casus similes quando aliàs redderetur elusoria.
- 41 Novitius non dicitur nisi post susceptum habitum probationis.
- 42 Legu dispositio non adaptatur ad casum, ad quem verba legu non adaptantur.
- 43 Extensio non fit in his, quæ exorbitant à iure communi etiam ex indiditate rationis.
- 44 Novitij quæ annu cum effectu non sint religiosi, sunt tamen persone Ecclesiastica, & gaudent privilegio fori, & Canonis. Et in eorum renunciacionibus non est neceps adhiberi solemnitas statuti laicorum, equisiam, ibid. vers. Hinc S. Congregatio.
- 45 Votum ingrediendi religionem non efficit votentem de foro Ecclesiæ.
- 46 Monasterio an liceat durante anno probationis apprehendere possessionem bonorum sibi à novitio donatorum infra duos menses ante professionem, & cum licentia Episcopi, & num. seqq. usque in finem.
- 47 Dominium rei donatae transfertur in Ecclesiam, vel monasterium, etiam sine actuali traditione.
- 48 Monasterio nihil tribuendum est, vel accipiendum ante professionem ex bonis novitij, vel parentum, aut consanguineorum sub pena anathematis, & num. 55.
- 49 Novitio ante professionem abeuntia omnia sunt restituenda, quæ sua erant.
- 50 Monialibus prohibitum est dotes accipere ante professionem, etiam sub nomine depositi seu prestata cautione de illis restituendis, professione non sequuta. Etiam si detur cautio bancaria, n. 54.
- 51 Non tamen prohibitum est quin dotes realiter deponantur penes tertium, qui eas dare debeat monasterio post professionem.
- 52 Sed improbatum cautela ut depositarius totum, quod in depositum recipit, ipsam mandatario ante professionem consignet.
- 53 Indulgetur tamen Monialibus monasterij Mediolanen.

ut pro solutione aris alieni ante professionem accipiant dotes præstata per Archiepiscopum: susceptione de illis restituendis si recesserint ante professionem.

56 Novitius non potest ingressu aliquid donare monasterio, etiam si sit sui iuris, & non habeat parentes.

57 Novitia non prohibetur dare pecuniam monasterio in rationem census super monasterij bonis per Moniales convertebam in dotem illius post professionem emissam. Pacta super convitijs exhibendis dum puella habitum suscipit, vel proficitur an sint toleranda, ibidem, vers. Insuper.

58 Excommunicatio in dantes, & accipientes aliquid ex bonis novitij ante professionem non incurritur ipsorum, nec est Sedi Apostolica reservata.

59 Moniales quæ dotes acceperunt à Virginibus nondum professis, absolvuntur per Papam à peccato ne excommunicari possint ab Ordinario.

60 Convertere dotes in susceptione habitus, non obstante Concilio Tridentino in cap. 16. vers. Sed neque l. c. 25. de Regular.

STATUIMUS. Intra probationis annum liberè quis redit ad seculum, nisi professionem fecerit tacitam, vel expressam, vel appareat eum voluisse vitam mutare. Hoc dicit primò. Secundo præcipit vestes professionis tempore benedici, ut à Novitiarum habitu distinguantur. Secunda ibi, Nihilominus. Et prima pars tria facit; Primò ponit dictum. Secundo excipit, ibi, Nisi. Tertio exceptionis rationem subjicit, ibi, Cum quilibet. Vel secundum Hostiens. in prin. Joan. Andr. num. 4. & Card. in 4. notab. A contrario sensu primò ponit regulam: deinde excipit quatuor casus, Regula est, ingrediens religionem exire potest liberè, & dic. Liberè, id est Superioris licentia nullatenus requisita: nam de significatu hujus dictionis est ut non requiratur alicujus licentia, ut notatur in cap. Licet Episcopus, de preben. lib. 6. & in cap. De multis, eodem tit. text. in c. fin. §. fin. de consuetud. lib. 6. & in c. Cum plures, 4. & ibi glo. in verb. Liberè, de offic. deleg. eod. lib. Unde fit ut novitius non possit dici fugitivus si recesserit à monasterio absque licentia Abbatis, ut hic per Abbatem in primo not. num. 2.

5 Primus casus exceptus est, si habitum professorum suscipit. Secundus, si professionem expressam fecit. Tertius, si per annum in religione perseveravit. Quartus, si omnino vitam mutare voluit. Quos quatuor casus enumerat etiam idem Host. in cap. Super eo, num. 5. supra eod. & duos alios addit. Primus est, si ingrediens juravit nunquam exire, ut cap. penult. supra, quod met. caus. cap. Si verò, & cap. Cum contingat, de iur. reit. Secundus, si eo pacto fuit manus missus ut non exiret, cap. Ed libertatis, supra, de serv. non ordinat. & cap. 2. in fi. de condition. appof. Sed hodie suprascriptos casus tempera. ut dicam infra in 1. not. & fulius in 1. quæsi. num. 20. excepto tamen tertio, scilicet de eo, qui per annum in religione moram traxit, in quo hodie servandum erit quod præscribitur in cap. 1. in fi. eod. lib. 6. & in Clem. Eos, eodem tit.

6 Nota primò illud verbum, Novitios; nam tales dicuntur de novo recepti, & vestimentis probatio-

tionis induit nullo voto emisso. secundum Innocen. Abb. Antiq. Host. & Joan. Anr. omnes in primo. & Jo. de Anan. in 1. not. Alibi vero Novitii dicuntur Scholastici non instructi, qui sub disciplina degunt, dato etiam quod sint professi, ut inquit glos. in Clem. Ne in agro, §. Sane; in ver. Novitius de stat. Monachor. Et de significatione hujus verbi vide Bart. in l. fin. §. Quartus, num. 1. & 2. ff. de publican.

7. Secundo nota duplicem habitum Religionis, videlicet novitorium, & professorum. De multiplici autem habitu vide textum in cap. 1. inf. eod. lib. 6. & in Clem. fin. eod. tit. & ibi plenè per Abbatem, & plenius hic per Henrich. Boich. col. 1. vers. Tu verò distingue.

8. Tertio nota, ibi. *Qui dari profitentibus.* Habitu professorum habere votum professionis annexum, adeo ut eo ipso, quod quis in religione hujusmodi habitum suscipit monachus efficiatur, & ejus votum intelligatur solemnizatum, nec amplius sit ei facultas ad seculum redeundi, & de tali habitu loquitur hæc decretalis, de quo etiam potest intelligi cap. Vidua, supra eod. cap. Quod interrogasti 127. distin. cap. Vidua, 27. quest. 1. & cap. Quem progenitores, 20. quest. 1. & hujusmodi habitus impedit matrimonium contrahendum, & dirimit post contractum, cap. 1. 27. quest. 1. & hic notat glos. 11. Abb. Antiq. in ver. Novitius; Host. num. 1. in ver. Religionis, & Butr. num. 6. Archid. in cap. Beneficium, num. 1. infra eod. lib. 6.

9. Unde illud tritum, quod habitus non facit Monachum, verum est in habitu probationis, vel in habitu professionis extra monasterium. Impro 5 sed receptus in ingressu Religionis utriusque Monachum facit, ut hic probatur, & notabiliter declarat Hostien. num. 2. in ver. consuevit, & Archid. ubi supra. Sed an hæc limitatio vera sit, præsertim post Concilium Tridentinum plenè examinavi in c. Porrectum, in §. notab. supra eod.

10. Quarto nota distinctionem habitus professorum ab habitu novitorium duplicem esse. Quædam enim est patens, id est colore, scissura, vel forma, ut in Clem. Eos de regular. Quædam est latens, quæ scilicet sit per benedictionem, & de hac loquitur hæc Decretalis in fine: nam talis benedictio efficit ut sit censendus habitus professorum secundum Innocen. in fin. & Abb. Antiq. itidem in fin. Host. num. 8. Jo. Anr. num. 5. & Collectar. eod. n. Unde suscipiens hujusmodi habitum benedictam sciens qualitatem illam videtur tacite profiteri, cum suscipiat habitum professorum, ut inquit Butr. n. 5. Quod autem hic dicitur de benedictione, intelligitur per modum exempli: nam alia quoque sunt signa distinctionis latentis, videlicet si habitus professorum detur in Capitulo, habitus vero novitorium in Choro, vel e contra: aut si habitus novitorium detur ab una persona, professorum ab alia; aut si unus detur certis diebus, alius aliis, aut si cum certa solemnitate detur unus, & non alius, ut hic declarat Henr. Boich. col. 2. vers. in secundo vero casu, & ante eum glos. in d. Clem. Eos. in ver. Deinceps, vers. Hoste vero, quæ dicit habitum distinguunt latenter per benedictionem vestium, personam dantem, locum, vel formam donationis; ex duabus enim capis, quarum altera benedicta, vel data per Provincialem vel in Capitulo altera non, primam à secunda discernere necesse. Hæc glos. Quapropter quisquis

scilicet recipit habitum aliquo ex prædictis modis latenter distinguunt ab habitu novitorium, & ipso intelligitur tacite profiteri. Observa tamen accurate, quia in casu speciali per dictam Clem. Eos de regular. sublata est differentia habitus latenter distincti, videlicet quoad induendam professionem tacitam in adulto per delationem habitus ultra annum: nam ante prædictam Clem. defersens per annum habitum novitorium distinctum ab habitu professorum qualicumque foret distinctio non intelligebatur tacite profiteri etiam si multos annos in religione perseveraret, ut notat Abb. Antiq. in c. Consulti, supra eod. & post eum glos. in d. Clem. Eos, in ver. Deinceps, in fin. Sed ad hoc in adulto requirebatur ut habitus esset in distinctus, vel indistinctissimus, ut hic, & in cap. Ex parte, supra eod. & apertius in cap. 1. vers. Qui vero, eodem tit. lib. 6. Sed hoc hodie corrigitur in adulto si distinctio sit latens: nam major ams quatuordecim si per annum defersat habitum novitorium latenter distinctum ab habitu, qui profitentibus datur, eo ipso intelligitur tacite professorum, non sicut ante si defersat habitum indistinctum, vel indistinctissimum; quia per d. Clem. major, qui per annum defersat habitum novitorium non intelligitur esse professorus si habitus hujusmodi in colore, scissura, vel forma sit distinctus ab habitu professorum. Ergo à contrario finon ita sit distinctus, id latenter dumtaxat, intelligitur tacite profiteri; & distinctio latens quoad hunc specialem effectum nihil operatur, sed perinde est ac si habitus esset profusus indistinctus, vel indistinctissimus, & ita declarat ibi glos. præalleg. in ver. Deinceps, quæ à Doctoribus communiter approbatur. Sed extra hunc casum remanent jura antiqua ut suscipiat qualicumque distinctio. Ideoq; major recipiens habitum professorum latenter distinctum ab habitu novitorium hodie, sicut olim censetur tacite profiteri ut ibi per glosam, & habent locum quæ superius dicta sunt num. 11. & 12. dummodo tamen exceperit ams decimum sextum ætatis, & non minori tempore quam per ams in probatione steterit; alius secus: nam expressa professio antea facta est nulla, ut in Decreto Concilii Tridentini cap. 15. sess. 25. de regular. & consequenter sublata est etiam professio tacita, quæ olim inducebatur in majore ams quatuordecim per susceptionem habitus professorum infra ams probationis, ut declaravit Sacra. Congregatio ejusdem Concilii Interpretes.

15. In glossa prima QUERO, Si clericus beneficiatus religionem ingreditur, numquid Episcopus teneatur expectare quousq; ams probationis labatur priusquam ejus beneficium conferat.

16. Glossa ponit tres opiniones; & soluit, concludens æquius esse ut teneatur expectare. Idem firmat Vincentius, & post eum Hostien. in c. Consulti, supra eod. num. 10. & idem Hostien. hic num. 1. vers. Quis si Clericus, Butr. num. 7. & Card. num. 4. in 2. quest. In hoc in cap. Consulti, supra eod. & plerique alii.

Tuteneas hanc ultimam opinionem glosæ, quæ non solum est æquior, ut glossa dicit, sed etiam verior, & hodie approbata per determinationem Pape in c. Beneficium, inf. eod. lib. 6. deciditur beneficium ingreditis religionem non esse alicui conferendum infra ams probationis, nisi in quatuor casibus. Primus est si ejus ad id accedat

dat assensus; tunc enim beneficio renunciat; & ideo licet alteri conferatur, cap. Ex transmissa de renunciat. & notat glos. in d. cap. Beneficium in ver. Assensus, Petr. de Anchar. in 2. notab. & Franc. num. 4. in glos. in ver. Assensus. Secundus, si conflet eum absolute vitam mutare voluisse. Tertius, si professionem expressam fecerit. Quartus, si scilicet habitum receperit professorum. Interim tamen debet per subitutum beneficio deserviri, assignata ei congrua portione ex proventibus beneficii. Hæc ibi.

28. Sed hodie hi quatuor casus modificati, & correcti sunt jure novissimo Concilii Tridentini in cap. 16. sess. 25. de regular. Nam quoad primum casum, quicquid scripsit Nicola. Garzia in tract. de benef. part. 1. cap. 29. 12. & 13. & Moderni Collectores hinc, durante ams probationis beneficium ingreditis religionem alteri conferri non potest, etiam si illius ad hoc expressus accedat assensus, vel renunciatio, nisi infra duos menses proximos ante professionem, nec renunciatio effectum fortitur nisi professio sequatur; quia forma à Concilio præscripta in d. cap. 16. in renunciationibus faciendis servari etiam debet in renunciatione beneficii, ut Sacra. Congregatio declaravit. Nam consulta An. d. cap. 16. loquens de renunciationibus comprehendat etiam renunciationem beneficii: Respondit comprehendere. Et alias proposito dubio, An si renunciat alicuius beneficii in accepto undecimo novitatus mense postquam novitius fuit in monasterio decem continuis mensibus, valida intelligatur, etiam si professio differatur per aliquod tempus ultra ams, ita ut inter renunciationem, & professionem plusquam duo menses intercedant: Congreg. parva inclinavit duos menses intelligi non ante ams, sed ante professionem. Tamen quia calus est exemplari rejectus ad Congregationem Generalem, consultus Doctor Navarrus respondit renunciationem esse validam, & sufficere ut renunciatio fiat intra duos menses proximis temporis constituto ad emittendam professionem à Concilio; illud enim tempus respexit videtur. Habita Congregatione Generali, ex septem Cardinalibus tres senserunt cum Navarro, Alii vero quatuor senserunt contra Navarrum, videlicet, renunciationem non valere, tamen referendum ad Sanctissimum; Sanctitas sua audita Congregationis sententia primò dixit se credere, d. cap. 16. non procedere in renunciatione beneficii, & licet alias Congregatio ita censuerit, tamen cogitandum super hoc, item procedere tantum in Monialibus, licet verba generalia sint, & Congregatio generaliter intellexerit. Item etiam in beneficiis procederet, tamen renunciationem esse validam, licet facta per plures menses ante professionem prorogata, & in omnem casum posse novam provisionem renunciationis peti, cum de ejus validitate dubitaret. Licet Sanctitas sua declaraverit verba Concilii, intra duos menses proximos ante professionem, intelligi etiam si professio ultra plures menses ams probationis sit facta; & sic renunciationem, de qua in isto casu, valuisse. Sacra. Congregatio auditis his, primò dixit, licet Sanctissimus protulerit illa verba quoad cap. 16. habeat locum tantummodo in Monialibus, tamen non se firmasse in hoc; & ideo de eo nullam habendam rationem, sed cap. 16. intelligen-

dum etiam in viris, prout Congregatio hæc tenus intellexit in pluribus casibus. Secundo dixit, quamvis Sanctitas sua dixerit se non putare dicta cap. 16. procedere in renunciatione beneficii, at tamen quia Congregatio alias contrarium tenuit, & ita in casu Spoletan. supplicatio fuit expedita à Pio V. ideo si casus contingat impossibilem de renunciatione beneficiorum, loquendum iterum cum Sanctitate sua, & dicendum quid alias Congregatio censuerit, & quid Pius V. fecerit, ut mens Sanctitas sua possit postea deliberare. Hæc quoad primum casum exceptum in d. cap. Beneficium, inf. eod. lib. 6. Quod verò ad reliquos tres, cum hodie ex decreto d. cap. 15. sess. 25. de regular. professio fieri non possit infra annum probationis, live ingreditis religionem professionem expressam fecerit, live absolute voluerit vitam mutare, live habitum susceperit professorum, ante ams probationis elapsam, ejus beneficium alicui conferri non potest, cum eo decreto ex sententia Sacra. Congregationis sublata sit etiam professio tacita, quæ de jure communis susceptione habitus professorum, vel alias inducebatur infra tempus probationis, ut hic, & in cap. Super eo, ubi Innoc. & omnes norant supra eod. & in cap. 1. in 1. resp. infra eod. lib. 6. Unde cum nulla sit professio, beneficium non vacat, & consequenter conferri non potest. cap. 1. de conceff. præben. & notat Anchar. in d. cap. Beneficium, num. 1. & Franc. in 3. not.

22. Secundo QUERO, An scilicet novitius ad seculum rediens recuperat beneficium, id est de facto, cum illud ante professionem non perdidit, ut per Cardinal. in 2. not. ita etiam recuperat alia bona, quæ monasterio, vel aliis donavit.

23. In hac questione Host. hic num. 4. vers. Quis de his quæ legaverat, utitur hac distinctione, videlicet, aut talis profellatus est, quod conditionaliter intrarat intendens regulam probare, & omnia recuperat; quia intelligitur mortis causa donasse; unde causa non sequuta est locus recuperationis, nisi aliud in donatione expresserit, arg. l. Mortis.

24. *Causa si de donat. caus. mort.* Professio enim est quædam mors quoad mundum, ut in Auth. de Monach. in princ. §. 1. Deo notat, C. de Episc. & cleric. & vocat Bald. conf. 240. incip. Quia dicta oblatio, circa finem, vers. Consultat autem, lib. 5.

25. Aut nullam fecit professionem, & nihil recuperat; quia censetur absolute voluisse vitam mutare, ex quo de bonis suis ante ingressum disposuit, & exire non potest, ut Auth. Ingressi, C. de Sacra. sanct. Eccles. & notat idem Host. in c. Consulti, §. 1. in ver. Mutare, supra eod. & cum eo transeunt hic Jo. And. in 2. vers. Quis de his quæ legaverat, Card. in 2. notab. & in 4. quest. Abb. in 3. vers. Sed queritur hic Host. & alii communiter.

26. Verum hodie ego non puto hoc secundum membrum amplius procedere: nam Doctores fundant se in eo, quod qui ingreditur absque protestatione, & de bonis suis disponit, cum videatur velle absolute vitam mutare, & hoc censetur tacitam professionem emittere, ut hic, ex in c. Consulta, supra eod. & in c. Beneficium, hoc tit. lib. 6. Unde non mirum si bona non recuperat; quia per professionem jam fuerunt monasterio irrevocabiliter acquisita, cap. Quia ingreditis, 16. q. 3. de Auth. Ingressi, cum suo concordantibus. Petr. de Perus. inter consilia Felin. conf. 49. Vilo panico

proditio, vol. 2. Sed hodie etiam ingrediens voluerit absolute vitam mutare, quinimo etiam profissionem expressam fecerit, non tamen propterea est profissio valida, nec religioni obligatus ante annum probationis elapsium. Obstat enim jus novissimum Concilii Tridentini in d. cap. 15. *sess. 25. de Regular.* ut si quis dicitur est supra n. 21.

27. Quamobrem cum nulla sit professio, & novitius quando cumque exire possit infra tempus probationis, consequens est ut recuperet bona donata quali causa non sequuta, ut in primo membro distinctionis Holl. l. *Compererum, C. de donat. ante nupt. & l. Si a sponsa, C. eod. & in hac specie tradiderunt Bald. d. *conf. 240. lib. 5. Calder. conf. 412. Donat ingrediens, alias 27. de Regul.**

28. Paria enim sunt profissionem nullatenus emisisse, aut emisisse, sed nulliter, id est infra annum probationis, ut patet in d. cap. 15. *vers. Professio*

29. autem. Sed ingrediens religionem, & donans, vel offerens bona sua in ingressu, utique illa recuperat si e monasterio exeat ante emissam profissionem; quia oblatio hujusmodi sequitur personam, licet juramentum intercesserit: ita Feder. de Sen. *conf. 237. Fallum tale est, Quilam nomine Thomaeus,*

30. *num. 2. vers. Nunc queritur.* Item tali oblationi inest tacita conditio, si ingrediens religionem perseveret, cap. *Quod a te, §. sane, & ibi notatur in glos. final. vers. Propter hoc dicitur quidam, infra de cler. conu. & Petr. de Peral. d. *conf. 47. n. 8.* Ergo idem dicendum si profissionem fecerit. Sed nulliter, argum. cap. *Inter corporalia, de translat. Episcopi.**

31. Ceterum praedicta intellige si donatio facta fuerit monasterio expressa causa propter profissionem; tunc enim si professio non tenuit, competit repetitio; quia datum ob causam, & causa non fuit sequuta, ut l. *Non omnis, §. Si certum petat, & l. Si pecuniam, §. de condit. ob caus. & ita, relatis aliorum opinionibus, firmat Calder. d. *conf. 27. vers. Ex opinioibus supra dictis concludo: & idem est si donet ex causa ingressus; nam si non intret, & recuperat bona donata, Curt. Jun. *conf. 441. Habita diligenti, num. 13.* etiam si donatio sit vallata juramento. Soc. *conf. 183. Eleganter, num. 3. & 4. lib. 2.***

32. Dec. *conf. 86. Pro tenuit. col. 4.* Quod si in donatione non fuerit expressa causa, tunc refert; nam si aliunde appareat donationem factam fuisse intuitu, seu contemplatione ingressus, puta quia facta fuerit in ipso ingressu vel eadem die, hoc casu quamvis donatio non sit nulla ipso jure, sicut est quando causa est expressa, tamen competit jus revocandi, secundum opinionem Bartholom. Brixien. & sequacum, propter conditionem subintellectam; juxta notata per Jo. Andr. in *Addit. ad Speculat. in tit. de donat. & declarat Calder. dicto conf. 27. ad fin. dicens talem donationem, quamvis teneat in eo jure; tamen esse revocandam per judicem, non obstante juramento, maxime si idcirco non teneat professio, quia Superiores non poterant intra annum recipere ad profissionem*

33. contra cap. *Non solum, de Regular. lib. 6. Sin autem non appareat in donatio fuerit facta contemplatione ingressus, nec ne, sed facta fuerit simpliciter, & absque ulla causa; tunc revocari non potest, cap. *Non enim, 32. q. 1. l. 2. & 3. & l. Generatit. C. de revoc. donat. l. Perfecta, C. de donat. quae sub mod. glos. ult. in d. cap. *Quod a te, de cler. conu. & nam res semel ecclesiae, vel monasterio***

donatae sunt Sanctum Sanctorum Domino, & in profanos usus amplius non sunt transferende. cap. *Nulli liceat, 12. q. 1. cap. *Questi, 14. q. 4. Innoc. in cap. *Veram, num. 2. vers. Sed non contrarium credimus, de for. compet. De hoc tamen articulo vide latissime cumulatam per Tiraque. in tract. de retractu conventionali, rubr. ad fin. tit. num. 10. & seq. maxime num. 15.***

34. Verum hodie in his servari debet dispositio Concilii Tridentini in cap. 15. *sess. 25. de Regular.* quo statutum est, ut nulla renunciatio, aut obligatio antea facta etiam cum juramento, vel in favorem cujuscumque causae pia valida sit, nisi cum licentia Episcopi, sive eius Vicarii fiat intra duos menses proximos ante profissionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri nisi sequuta profissione. Quo decreto sublata est praedicta distinctio Calderini inter donationem factam expressa causa propter profissionem, & factam sine causa expressione. Item sublata est alia distinctio Doctorum, praesertim Abbatis in cap. *Veram, infra de condit. appo. videlicet an donatio facta fuerit sub conditione, an sub modo. Item sublatae sunt aliorum opiniones, maxime Bart. & Bald. in d. *Auth. Ingressu, distinguuntur inter scientes profissionem non tenere, & ignorantis, ut in primo casu non competat repetitio. Campanus, §. de oper. liber. & l. Cuius per errorem, §. de reg. jur. in secundo autem competat arg. l. Si pater, & l. Nec apud, C. de hered. institutis, nam hodie indistincte donatio non sortitur effectum non sequuta profissione. Hinc cum duo novitii religionem ingressi bona sua monasterio servata forma Concilii donaverit, posteaque uterque decesserit, sed alter revocata alter vero non revocata donatione: Fuit dubitatum, An monasterium possit retinere bona subalterna, an donationem non revocavit, Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum censuit neutrius bona posse retineri per monasterium, cum non sequuta profissione, nulla fuerit renunciatio.**

37. Praeterea cum puella ante Concilium monasterium ingressa post dotem traditam non emissam profissione decessisset, & post Concilium dos repereretur dubitatum fuit an jure repeti posset. In Congregatione fuit paullisper dubitatum; quia Concilium cap. 15. *sess. 25. de Regular.* videtur loqui quoad futura tantum, nec de morientibus mentionem facit, sed simpliciter de abentibus; tamen quia verba illa Concilii, abentibus indistincte prolata, videtur etiam ad praeterita referri, & cito quod non referretur, dos videtur restituenda ex quo non est sequutum matrimonium spirituale nulla facta profissione: Ideo Sac. Congregatio censuit, sed jus commune spectemus, seu Concilium, non facta profissione, dotem esse restituendam, restituit tamen monasterio impensis, quas in alimentis fecit.

38. Amplius cum dubitatum fuerit, An si mulier ingressa monasterium intra tempus probationis decedat, dos soluta ejus haeredibus una cum fructibus, si quos monasterium percipisset, restitui debeat: S. Congregatio censuit ita debere, deducto tamen victu, & vestitu Novitiae.

Ad haec; Puella monasterium ingressa est cum pacto, ut si infra annum moreretur, dos restitueretur dotantibus; si vero post annum facta, vel non facta profissione, acquireretur monasterio; sicut ibi

ibi per annum, & menses tres cum velo albo, in quo incedunt novitiae, cum tamen professa incedant cum nigro, nulla facta expressa profissione; postea decessisset. Congregatio censuit secundum ea quae proponuntur, dotem esse restituendam haeredibus defunctae.

39. Ab hoc tamen Trident. Concilii decreto formam praescribente in renunciacionibus faciendis excipiuntur primo Clerici Societatis Jesu: nam olim proposito dubio, An Jesuitae comprehendantur in prima parte, c. 16. *sess. 25. de Regular.* ubi agitur de renunciacionibus: Alias S. Congregationi in casu particulari consultata visum fuit comprehendendi, & solum excipi in secunda parte, ubi agitur de novitiatu: tum quia exceptio referenda videbatur ad proxima; tum quia ratio exceptionis non ita videbatur militare in prima parte, sed postea accuratius rem ratam perpendendo censuit Jesuitas etiam in prima parte d. c. 16. excipi, tamen quia Pius V. dixerat amplius deliberandum, S. Congregatio iterum fuit alloquitur Sanctitatem suam, quae demum contenta fuit concedere declarationem, tanquam conformem menti, & verbis Concilii d. c. 16. Quamobrem ab eo tempore responsum est Clericis Societatis Jesu decreto c. 16. *sess. 25. de Regular.* non solum exceptos esse quoad emittendam profissionem, sed etiam quoad obligationes, & reuaciones; adeo ut etiam ab eorum novitiis quando cumque & sine cujusque licentia factae nullitatis d. decreti minime subiaceant. Deinde ab hoc decreto videntur excipiendae mulieres Penitentiae, seu Convertitae ex his, quae dicuntur infra num. 60.

40. Sed non levis est difficultas, An decretum Concilii in d. c. 16. vendicat sibi locum in donationibus, seu renunciacionibus factis ante ingressum in monasterium, seu ante susceptum habitum probationis. Et quidem Navarrus *conf. 81. incipien. Nobilis*, hoc titulo consuluit in casu puellae tredecim annorum, quae monasterium ingressura donavit patrio bonam partem bonorum suorum antequam fieret novitia, quia de re verat monasterium intare, & *conf. 82.* immediate sequenti, quod incipit, *An donatio.* Itidem consuluit in casu donationis, seu renunciacionis bonorum factae occasione futuri ingressus in religionem ab eo, qui nondum religionem intraverat, nec habitum susceperat, cum pacto ut si donator ante profissionem e monasterio exiret, praedicta donatio esset nullus momenti. Et utroque casu respondit donationem esse nullam ob non servatam formam a Concilio praescriptam in d. c. 16. Motus eo praecipuo fundamento, Quod lex etiam exorbitans, & poenalis extenditur ad casum similem, ad quem si non extendere, esset frustratoria, ut cap. *Si civitas, de sent. excomm. lib. 6. cap. 2. & ibi glos. in ver. Aliter facta, de usur. eod. lib. cum aliis per eum allegatis. At si Concilium non extendere ad hunc casum, facile frustraretur secundum eum. Praesertim vero, quia parentes, vel cognati ad bona pueri, vel puellae aspirantes facilius id consequi possunt ante ingressum, si audendo illis ut donent bona sua, cum sint juniores, & minus sapiant, magisque subijciatur imperio parentum, vel tutorum, & plus habeant timoris reverentialis: ad hoc cap. *illud puellae, 20. quae 1. & cap. *Cum virum, supra eodem.***

42. Sed his minime obstantibus absolute tenen-

dum est Concilium non vendicare sibi locum in donationibus, quae fiunt ante ingressum monasterii, seu susceptum habitum probationis: nam decretum d. cap. 16. loquitur de novitiis, ut patet ex integra serie illius contextus tales autem dici non possunt antequam re ipsa habitum probationis susceperint, ut colligitur ex verbis cap. 15. immediate praecedentis, ibi. Post susceptum habitum in probatione steterit, & fusius deduxi in c. *Quia ingrediens, num. 7. supra de testamen. Idque ipsemet Navarr. fatetur in praedicto conf. 81. in princ.*

43. Unde cum renunciacionibus factis ante susceptum habitum verba Concilii non adaptentur, consequens est, ut nec adaptetur dispositio, l. 4. §. Toties, & ibi Bart. ff. *de damn. infect. l. Gallus, 5. Et bene verba se habent, ff. de liber. & posthum. Alex. conf. 199. Permissis, num. 1. in fin. vers. Item qui a disposito, lib. 6.*

44. Neque obstat quod in utroque casu vigeat eadem ratio: nam respondetur primo cum Concilium praescribat novam formam, & imponat poenam nullitatis actus, tanquam exorbitans a jure communi, & poenale extendi non debere ad alios casus etiam ex identitate, vel majoritate rationis, cap. *Qua a iure, & ibi glos. Notabilis, de regul. iur. lib. 6. glos. in cap. *Constitutionem, in ver. Prorogamus, de Regular. eodem lib. Feder. de Sen. conf. 25. Casus talis est, cui consilio se subscripsit Jo. Andr. Bart. conf. 2. Domino loami, num. 2. vers. Nunc sic arguo, lib. 1. Jo. de Anania conf. 27. Verso casu, num. 7. & seq. vers. Non obstat, & Angel. *conf. 302. Visti, in princ. Deinde respondetur non deesse sufficientem rationem diveritatis cum Concilium voluerit comprehendere tantummodo renunciaciones factas a novitiis, non autem ab aliis, qui nondum habitum susceperunt; si quidem novitii, quamvis religiosi clerici cum affectu non possunt, ut dicitur in cap. *Religioso, §. Quamvis autem, de sent. excomm. lib. 6. Sunt tamen personae ecclesiasticae, ut ibi notat glos. in ver. Non possit, & negari non potest quin sint religiosi quoad jurisdictionem, & tuitionem Ecclesiae; nec dicemus tales esse convenientes coram iudice saeculari, sed ecclesiastico tantum, ut formaliter inquit Hostien. num. 4. vers. *Nec obstat, & dum ille tex. asserit eos non esse religiosos cum effectu, admittit eos esse religiosos, sed revocabilibus, ut declarat glos. in c. Beneficium, in verb. *Conferendum, post medium, vers. in contrarium, in fin. eod. lib. 6. & Hostien. ubi supra.******

Unde & canonis privilegio gaudent, ut est casus in d. §. *Quamvis.*

Hinc S. Congregatio declaravit in renunciacionibus, quae a puellis post regularem habitum animo prohtendi assumptum intra probationis annum in favorem consanguineorum fiunt opus non esse adhiberi solemnitatem a laicorum statuto requisitam. Quippe forum sortita, & statuta ligari pari procedunt. Innoc. in *Rubr. de consuetud. & post eum Butt. ibidem num. 7. vers. Vnam regulam habetis. Decius in cap. *Qua in Ecclesiarum num. 15. de consub. At vero qui nondum habitum susceperunt, non sunt personae Ecclesiasticae, nec propositum ingrediendi, aut profissionem emittendi facit eos de foro Ecclesiae, arg. l. *Virginius, ff. de verb. signif. alioquin esset in facultate cujuscumque se eximere a iudicio saeculari asserendo se habere animum assumendi monachatum, & frustra iurisdictiones essent distinctae, ut c. *Cum ad verum, & c. Si****

Imperator 96. diff. & cap. solita, sup. de maior. & obed. Quinimmo hoc vendicat sibi locum etiam tales emiserint votum ingrediendi religionem, ut notat Inoc. in cap. Porrecedens, num. 3. vers. Nec sunt ista persone de foro Ecclesie, & supra eod. Unde non mirum si Concilium noluit legem dicere illorum renunciationibus, sed novitiorum dumtaxat, alioquin præbisset ansam Principibus, & Magistratibus secularibus conquerendi, quod poluisset falce in messum alienam, contra d. c. Cum ad verum, & notata per Innoc. in cap. Perrenerabilem, num. 3. inf. qui filij sunt legitimi, quodque Episcopis potestatem dedisset interponendi licentiam, & auctoritatem in contra dictibus merè profanis personarum secularium, quæ in his jurisdictioni Ecclesiasticæ non sunt subiectæ, cap. Si clerici laicum, supra de foro compet. & docet idem Innoc. in cap. Inquisitioni, vers. Item si præcipiat laico, num. 4. inf. de sent. excomm. Rursus non obstat quod lex etiam exorbitans, & penaliter extendatur ad casus similes, & habentes eandem rationem, & quoties nisi fuerit extenso redderet elusoria, juxta Theoricam Navarri: nam respondetur negando hanc similitudinem, & identitatem rationis inter novitios, & alios, qui nondum susceperunt habitum, imò valde differunt, ut supra proximè ostensum est. Ec cum in decreto Concilii, sive speciemus verba, sive mentem, non includatur nisi novitii, utique qui nondum est novitius, renunciando, seu donando servata forma juris communis Concilium non frustrat, cum faciat actum sibi à jure permissum, arg. cap. Qui peccat, 23. q. 4. l. Quod Resp. l. Inimicis, & l. Inimicorum actio, §. si qui inter, ff. de iniurijs, nec renunciaciones puerorum, vel puellarum factæ ante habitus receptione propterea remanent sine sua provisione; quando quidem hic casus tantquam omisus à Concilio remanet in dispositione juris communis, l. Commodissime, ff. de liber. & posthum. à quo satis cautum est ut donationes hujusmodi causa non sequuta non fortiantur effectum, ut abundè ostensum est supra n. 29. & seqq.

Tandem hanc sententiam contra Navarri, & prius procedit S. Congreg. Concilii. Aliquando enim conf. d. c. 16. sess. 25. de regular. sibi locum non vendicare in donationibus factis ante susceptum habitum probationis; sicuti etiam reperitur adnotatum in calc. prædictorum conf. Navarri 81. & 82. & alias consula. An illud c. comprehendat renunciaciones factas ante ingressum, illius tamen contemplatione, respondit non comprehendere renunciaciones factas ante ingressum, hoc est ante habitus susceptionem. Quinimmo præsuppositis duabus Congregationis declarationibus super d. c. 16. Altera quod ibi minimè infringantur renunciaciones factæ ante ingressum religionis; Altera quod ex eo decreto renunciaciones factæ in ipso ingressu non valeant: Quæsitum est, An cum Clarix Buccapadulia renunciaverit bonis tam paternis, quam maternis ead. die, qua ingressa fuit monasterium, prædicta ejus renunciatio sufficiat, an nova requiratur ante professionem, juxta formam à Concilio præscriptam. Die 22. Junii 1613. Congregatio censuit decretum d. cap. 16. non licere sibi locum in renunciacionibus factis ante ingressum, seu momentum susceptionis habitus, nec ex eo decreto supra scriptam renunciacionem nullam, & quæ sit valida sit donatio

facta à Novitio in favorem monasterii cum licentia Episcopi, vel ejus Vicarii infra duos menses proximos ante professionem; numquid monasterio statim liceat apprehendere actualem professionem bonorum sibi, ut præfertur, donatorum.

48 Breviter respondeo non licere, nam et si donatorum rerum donatarum transeat in Ecclesiam, vel monasterium etiam sine traditione possessionis, l. Vt inter divinum, c. de Sacrosanct. Eccles. & notat Calder. conf. 27. post med. vers. Si vero causa, de regular. Tamen decreto Concilii Tridentini in prædicto c. 16. sess. 25. de regular. in vers. Sed neque distorsit verba interdicitur ne ante professionem excepto victu, & vestitu Novitii, vel Novitiæ illius temporis, quo in probatione est, quocunque prætextu à parentibus, vel propinquis, aut Curatoribus ejus monasterio aliquid ex bonis ejusdem tributur, ne hac occasione discedere nequeat, quòd totam, vel majorem partem substantiæ suæ monasterium possideat, nec facile si discesserit, id recuperare possit; immò præcipitur sub anathematis pena dantibus & recipientibus, ne hoc ullo modo fiat, & ut abeuntibus ante professionem omnia relictantur, quæ sua erant.

49 Quo decreto cum prohibitum sit Monialibus accipere dotes puellarum ante earum professionem; & idemque ex decisione S. Congregationis procedat etiam si accipiant sub nomine depositi, seu præstita cautione de illis relictendis, professionem non sequitur: Quæsitum est, An etiam prohibitum intelligatur ne hujusmodi dotes realiter deponantur penes tertium, qui eas monasterio debeat dare post professionem emissam, S. Congregatio censuit non intelligi prohibitum, & ita latis cautum esse monasterio.

53 Hinc orta dubitatione, An cautela adinventæ à Monialibus Civitatè Alexandrinæ, ut quando aliqua puella monasterium ingreditur depositum dotis prius fiat, & deinde omne id, quod in depositum recipitur, totum depositarius ipsi monasterio ante professionem consignet, sit contra dispositionem Concilii Tridentini cap. 16. sess. 25. de reg. vers. Neque ante professionem: S. Congregatio censuit decretum Concilii d. cap. 16. non prohibuisse quidem hujusmodi depositum; sed quod pecunie sic depositæ dentur monasterio directè, vel indirectè, & in spem modo hic descripto, videri omnino prohibuisse. Et licet aliàs S. Congregatio in casu Neapolitano visa fuisset sentire posse dari, præstita idonea cautione bancaria; tamen nunc censuit non scribendum bancaria; sed secundum illam sententiam, sed secundum illam posteriorem, ut nullo modo detur Monasterio, nec cum deposito, nec sine.

54 Quinimmo cum moniales quædam Mediolanen-pauperes ære alieno contracto, quotidie ad solutionem etiam per censuras urgerentur, supplicarunt Sanctissimo ut eis liceret accipere tres dotes ab ingredientibus mulieribus, etiam ante professionem, ut æs alienum dissolvere possent: Sacer. Congr. censuit ob stare Concilium, et si detur cautio bancaria, ideoque agendum cum Sanctissimo Sanctitas sua jusse scribi litteras Card. S. Præcedis, quod si verum est istud debitum contractum esse pro necessitate alimentorum, & quod non possint aliumde satisfacere, & ob id molestentur censuris: permittat eas accipere dotes ante professionem præstita per eam idonea si de justione de restituen-

do successerint ante professionem.

55 Quamquam autem Concilii verba videantur restricta ad bona ipsius Novitii; tamen proposito dubio, An quod disponitur c. 16. sess. 25. de regular. ne de bonis puellæ aliquid monasterio ante professionem tributur sub pœna anathematis, habeat locum etiam si aliquid tributur non ex puellæ propriis bonis, sed parentum, vel consanguineorum S. Congreg. cens. habere locum.

56 Et iterum suborto dubio, An si Novitius sit sui juris, & non habeat parentes, possit in ingressu religionis, præter victum aliquid donare religioni amore Dei. Censuit, non posse ex verbis expressis d. cap. 16.

57 Sed cum Livia monasterium Monialium ingressa in anno probationis dare vellet scuta centum monasterio in rationem census super monasterii bonis nomine ipsius Liviæ per Moniales postea convertanda in dotem illius postquam emisset professionem, & dubitasset an hic casus esset comprehensus decreto d. cap. 16. vers. Sed neque ante professionem: Responsum est, non esse comprehendendum, aut prohibitum, d. decreto c. 16.

Insuper quærentibus, An pacta, seu conventiones, quibus Moniales aliquam pecunie summam petunt à parentibus novitiæ convivii causa dum Novitiæ habitum suscipit, vel proficitur, sint sub lata, cap. 16. vers. Sed neque, sess. 25. de regul. Sac. Congregatio cens. Decretum, cap. 16. ad hunc casum non pertinere. Sed id prohiberi Constitutione Urbani IV. quæ incipit Sanè. Cæterum quia ex consuetudine Mediolanensi recepta, & à bon. mem. Cardinali S. Præcedis tolerata passim hujusmodi convivii exhibentur, consultus patuit nihil responderi. Constitutio Urbani habetur in Extravag. Sanè, de Simon. Cæterum furentiam excommunicationis de qua in d. cap. 16. sess. 25. de reg. S. Congregatio declaravit non incurri ipso facto, nec esse reservatam Papa. Quomobrem cum quædam Moniales dotes accepissent à virginibus nondum professis, & Episcopus consulisset quid sibi esset agendum: S. Congreg. censuit eas non incidisse in excommunicationem ipso jure; quando enim à jure præcipitur aliquid sub pœna excommunicationis, contrafaciens non incidit ipso jure in excommunicationem, Sum. Ang. in ver. Excommunicatio, c. num. 3. tamen quia possent excommunicari, poterit eas Ordinarius absolvere, quia non reservatur Sedi Apostolicæ. Agendum tamen cum Sanctissimo. Sanctitas absolvit à peccato ne possint excommunicari, & dixit scribendum Episcopo ut prohibeat istos abusus.

60 Quid de mulieribus Convertitis? Cum Congregatio Domus Pia vellet recipere aliquas mulieres in monasterio, dubitatum fuit An possint exigere dotes in susceptione habitus non obstante prohibitione, cap. 16. sess. 25. de reg. vers. Sed neque ante professionem, quæ non videtur extendi ad d. Donum, cum ea potius sit comprehensa sub exceptione c. 18. eiusdem sess. in fine, dum excipit Pœnitentes, & Convertitas: S. Congregatio visa esse inclinare in hanc sententiam, ut limitatio c. 18. non extendatur ad disposita in c. 16. tamen propter verba generalia d. c. 18. referendum ad Generalem. In Congregatione Generali est dubitatum ne nõ generalia verba d. cap. 18. comprehendant etiam cap. 16. Ideo dictum pro tutori via supplicandum Sanctissimo, ut dispenset, & dicendum an velit

tollere annum probationis: Sanctitas sua visa inclinare in illam sententiam ut ista Domus Pia non comprehendatur verbis c. 18. præsertim cum habeat annum probationis, ideo comprehendi sub dispositione c. 16. tamen gratiam facit pro istis, ut ante professionem accipere possint, non obstante d. c. 16. nec vult auferre annum probationis, cum illum habeant in fundatione de hac materia vide quod scripsi in cap. Ad Apostolicam, num. 30. supra eodem.

DE REGVLARIBVS.
Cap. Ne Religiosi.
S V M M A R I V M.

- 1 Religiosi fugitivi, & eiectionis amantissimi sunt requirendi, & cogendi ut ad monasterium redeant.
- 2 Prælati Regulares non revocantes ad ordinem quotannis suos eiectiones, & fugitivos, mortaliter peccant.
- 3 Disinclinatio peccatorum in Prælato, est mortale.
- 4 Opinio quorundam recentiorum, qui dixerunt hoc capitulum fuisse consuetudine abrogatum, refellitur.
- 5 Curam animarum habentes tenentur iure divino oves suas agnoscere, & illarum custodia incumbere, & num. seqq.
- 6 Religiosi ab ordine eiectionis etiam iuste, remanent sub Prælatorum Regularium, & votis ligati.
- 7 Consuetudo secundum quam Prælati Regulares non revocant ad monasterium suos eiectiones, & fugitivos, est nutritiva peccati.
- 8 Abbas debet colligere Monachum suum ne damnabitur evagetur, & pereat.
- 9 Religiosi eiectionis quamdiu ad cor non redeunt, sunt in malo statu, & tenentur suam reductionem procurare, vel non requirantur.
- 10 Papa non dispensat cum religiosis iuste eiectionis ab ordine, ut Mission celebrent in saculo.
- 11 Papa non facit de Monacho non Monachum, nisi ex gravissima causa.
- 12 Consuetudo nutritiva peccati est corruptela.
- 13 Religiosus fugitivus quis dicatur, & quis eiectionis, & num. seq.
- 14 Apostata dicitur religiosus eo ipso, quod recedit à monasterio, & non est sub obedientia Prælati.
- 15 Præsidentes Capitulis possunt excommunicari, & facere excommunicatos denunciari ab Ecclesiarum Prælatibus.
- 16 Prælati regulares etiam immediatè, ut Abbates, & Priores locales tenentur quotannis reducere ad monasterium suos fugitivos, & eiectiones.
- 17 Religiosi etiam iuste, & affinitate eiectionis sunt amantissimi requirendi, & cogendi ad monasterium redeire, & late refellitur contraria opinio usque ad num. 36.
- 18 Prælati qui religiosos ab ordine iniuste eiectionis sunt spoliatores, & in mora restituenti, sicut sur, & num. seq.
- 19 Spoliatus iniuste seu iuri ordine non servato illud est restituendus.
- 20 Religiosus indebitè eiectionis impie à Prælati regularium

de
venit
ante ad.
ac propter
ciacionem noi.